

Ms. 130

39 6a

Prin
Pap
act
am
na
eft

ta Paul. 125. ex (8). Gissensi, qui Decretalium Collectionem Bernardi
Papensis in fronte gerit; quam haec acta sequuntur. Defunt autem his
actis quaedam, usque ad vocem: quibuscunque. Nec curate setis
omnia scripta, uti videre est. l. sexta, ubi vox deest. Videm li-
nea quinta dampnator loco dampnatorum in codice scriptum
est. etc.

n. 607

quibuscunque nominibus censeantur. Facies itaque habentes diversos sed
caudas ad inaicem colligatas quia de uanitate conuincunt in ea ipsam.
Dampnati vero praesentibus saecularibus potestatibus aut eorum baiulis
relinquantur. Vanimaduersione debita puniendi. clericis prius a suis ordinibus
degradatis. itaque quod huiusmodi dampnator bona si laici haerint
consentiant. Si uero clerici applicentur ecclesiis a quibus
stipendia perceperunt. Qui autem inuenti fuerint sola suspitione notabiles
nisi iuxta considerationem suspicionis qualitatem quam per ipsam innocentiam
congrua purgatione monstraverint anathematis gladio verantur. et usque ad
satisfactionem condignam ab omnibus euitentur. ita quod si per annum in ex-
communicatione exstiterint. ex tunc velud haeretici condemnentur. Moneantur
autem et inducantur et si necesse fuerit per cens. ecc. comp. Saeculares potestates
quibuscunque funguntur officio. ut sicut reputari cupiunt et haberi fideles.
ita pro defensione fidei praestent publicum iuramentum. quod de terris suae
iurisdictioni subiectis. uniuersos haereticos ab ecclesia denotatos bona fide
pro uiribus exterminare studebunt. ita quod ammodo quandocunque quis
haerit in potestatem suam perpetuam suam temporalem assumptus. hoc teneatur
capitulum iuramento firmare. Si uero dominus temporalis requisitus et
monitus ab ecclesia terram suam purgare neglexerit ab haeretica seditione. per metro-
politanum. et conprovinciales episcopos excommunicationis uinculo inno-
detur. et satisfactionem contempserit in annum significetur hoc summo pontifici
ut ex tunc ipse uasallo ab eius fidelitate denuntiet absolutus. et terram expo-
nat catholicis occupandam qui eam exterminatio haereticis ab omni ulla con-
tradictione possideant. et fidei puritate conseruent. Saluo uero domini
principalis. Ammodo super hoc ipse nullum praestet obstaculum nec aliquod
impedimentum opponat. eadem nihilominus lege seruata circa eos. qui non
habent dominos principales. Catholici uero qui Crucis assumpto caractere ad
haereticorum exterminium se accinxerint. illa gaudeant indulgentia illorum
priuilegio sint muniti quae accedentibus in terrae Sanctae subsidium conceduntur.

(a)

Credentes praeterea receptores. defensores et fautores haereticorum excom-
municationi decernimus subiaccere. firmiter statuentes. ut si per quam quili-
bet talium fuerit excommunicatione notatus satisfacere contempserit.
intra annum ex tunc ipso iure sit factus infamis. nec ad publica officia
sua consilia. nec ad eligendos aliquos huius. nec ad testimonium admittatur.
Sit etiam intestabilis. ut nec testamenti liberam habeat factionem. nec
ad haereditaria successionem accedat. Nullus praeterea ipsi super quo-
cunque negotio. sed ipse alius respondere cogatur. Quod si forte iudex
extiterit. eius sententia nullam obtineat firmitatem. nec cause aliquae
ad eius audientiam proferantur. Si fuerit aduocatus patrocinium
eius nullatenus admittatur. Si rabellio instrumenta confecta per
ipsum nullius penitus sint momenti. Sed cum auctore dampnato
dampnentur. et in similibus idem principium observari. Si vero fuerit cleri-
cus ab officio et beneficio deponatur. ut in quo maior est culpa. grauior exer-
ceatur vindicta. Si qui autem tales postquam ab ecclesia fuerint denotati
euitae contempserint. excommunicationis sententia usque ad satisfactio-
nem ydoneam procellantur. Sane clerici non exhibeant huius pessilibus
ecclesiastica sacramenta. nec eos christiana praesumant trahere sepul-
turae nec elemosynas eorum accipiant. Alioquin suo priuentur officio.
ad quod nunquam restituuntur aboque in dulto sedis Apostolicae speciali.
Similiter quilibet regulares. quibus hoc etiam infligatur ut eorum privilegia
in illa dyocesi non seruentur in qua tales excessibus praesumpserint perpetrare.
Quia vero nonnulli sub specie pietatis uirtutem eius. iuxta quod ait
apostolus abnegantes auctoritatem sibi praedicandi indicant. Cum
idem apostolus dicat. quomodo praedicantur in mittantur. Omnis qui
prohibiti uel non missi praeter auctoritatem ab ap. sede. uel catholico
episcopo loci susceptam publice uel priuatim praedicationis officium
usurpare praesumpserit excommunicationis uinculo innotentur. et ni
quantocius respiciant. alia competentis pena plectantur. Adiciamus
insuper ut quilibet Archiepiscopus uel Episcopus. per se uel Archidiaconum
suum uel alias honestas ydoneasque personas. bis aut saltem
semel in anno propria parochiam in qua fama fuerit haereticos habitare.
circueat et ibi tres uel plures boni testimonii uiros. uel etiam si expe-
dire uidebitur totam uiciniam iacens compellant quod si quis ibidem
haereticos scierit uel aliquos occulta conuenticula celebrantes. seu
communi conuersatione fidelium. uita et moribus dissidentes. eos
Episcopo pudeant indicare. Ipse autem Episcopus ad praesentiam suam
fuerit conuocet accusator. qui nisi eos ab obiectionis reatu pur-
gauerint. uel si purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi
pessidiam canonice puniantur. Si quis uero ex eis iurationem superficione

dampnabili respuentes, forte iurare noluerint. ex hoc ipso tanquam
haeretici puniantur. Volumus ergo et mandamus. et in virtute obe-
dientiae distinate praecipimus. ut ad haec efficaciter exequenda epi-
scopi per dyoceses suas diligenter inuigilent. Si canonicam uolunt
effugere ultionem. Si quis enim episcopus super expurgando de sua
dyocesi haereticae prauitatis sermone negligens fuerit vel remissus
cum id ceteris indicis apparuerit. ab episcopali officio deponatur.
et in locum ipsius alius substitutur idoneus qui uelit et possit
haeticam confundere prauitatem.

II.

Licet grecos diebus nostris ad obedientiam sedis apostolicae re-
uertentes fouere ac honorare uelimus. mores ac ritus eorum quantum
cum clero possumus sustinendo. in his tamen deserere nec uolumus
nec debemus. quae pericula generant animarum et ecclesiasticae
derogant honestati postquam enim graecorum ecclesia cum quibus-
dam complicibus et fautoribus suis ab obedientia sedis aposto-
licae se subtraxit. in tantum greci ceperunt ab hominibus
latinis. quod inter alia quae in derogationem eorum impie com-
mittebant. Si qui sacerdotes latini super eorum celebrassent
altaria. non prius ipsi sacrificare uolebant in illis. quam ea
tanquam per hoc inquinata lauissent. baptizatos etiam a latinis
ipsi graeci rebaptizare ausu nefario praesumebant. et adhuc
sicut accepimus quidam hoc agere non uerentur. uolentes ergo
tantum ab ecclesia dei scandalum amouere. sacro suadente
concilio distinate praecipimus. ut talia de cetero non prae-
sumant. conformantes se tanquam obedientiae filii sacro san-
ctae Romanae ecclesiae matri suae ut sit unum ouile et unus
pastor. Si quis autem aliquid tale praesumpserit excommunica-
tionis mucrone percussus. ab omni officio et beneficio eccle-
siastico deponatur.

III.

Antiqua Patriarcharum sedium privilegia renouamus. Sancta
uniuersali Synodo approbante sancimus. ut post romanam
ecclesiam quae disponente domino super omnem alias ordi-
nariae potestatis optinet principatum. ut pote magister uniuers-
orum Christi fidelium et magistra. Constantinopolitanam
primum. alexandrinam secundum antiochen. tertium ihe-
rosolimitanam. quartum locum optineant seruata quilibet

propria dignitate. ita quod postquam eorum antistites a romanae ponti-
ficis acceperunt palleum. quod est plenitudinis pontificalis insignis. prae-
fite fidelitatis et obedientiae iuramento. licet et ipsi suis suffraganeis pal-
lium largiantur. recipientes pro se professionem canonicam. et pro
romana ecclesia sponsonem obedientiae ~~pro~~ eidem. Dominicae uero
crucis vexillum ante se faciant ubique deferri; nisi in urbe roma
et ubicunque summus pontifex praesens extiterit. aut eius
legatus utens insignis apostolicae dignitatis. In omnibus autem
provinciis eorum iurisdictioni subiectis. ad eos cum necesse fuerit
prouocetur. Saluis appellationibus ad sedem apostolicam interpo-
sitis. quibus est ab omnibus humiliter deferendum.

VI.

Sicut enim a Sanctis patribus noscitur institutum metropolitani sin-
gulis annis cum suis suffraganeis provincialia ne omittant concilia
celebrare. in quibus de corrigendis excessibus et moribus reforman-
dis praesertim in clero diligenter cum dei timore habeant tractatum.
Canonicae regulas et maxime quae statutae sunt in hoc generali conci-
lio relegentes. ut eas faciant observari debitam penam transgres-
soribus infligenda. ut autem id efficacius ualeat adimpleri. per sin-
gulas dyoceses statuunt per personas idoneas. providas uidelicet et ho-
nestas. quae per totum annum simpliciter et de plano absque ulla
iurisdictione sollicito inuestigent. quae corruptione uel reforma-
tione sunt digna. ea fideliter proferant ad metropolitanam et
suffraganeos in concilio subsequenti. ut super his et aliis prout
utilitati et honestati congruerit. provida deliberatione procedant
et quod statuerint faciant observari. publicaturi ea in episco-
palibus synodis annuatim per singulas dyoceses celebrandas.
Si quis autem salutare hoc institutum neglexerit adimplere a sui
executione officii suspendatur.

VII.

Irrefragabili constitutione sancimus. ut ecclesiarum praelati ad
corrigen- dum subditorum suorum excessus maxime clericorum
et reformandum morem prudenter et diligenter intendant. ne
sanguis eorum de suis manibus requiratur. ut autem correctionis
et reformationis officium libere valeant exercere. decernimus
ut executionem ipsius nulla consuetudo ualeat impedire. nisi
formam exceperint in talibus observandam. Excessus tamen

canonicorum ecclesiae cathedralis qui consueverunt corrigi per capitulum. per ipsum in illis ecclesiis quae talem hactenus consuetudinem habuerunt. ad ammonitionem et iussionem episcopi corrigantur. infra terminum competentem. ab episcopo praefigendum. Alioquin ex tunc Episcopus dominum habens prae oculis. ipsos prout animarum cura requirat. per censuram canonicam corrigere non possit. Ceterum si canonici absque manifesta et rationabili causa maxime in contemptum episcopi cessauerint a diuinis. episcopus nihilominus si uoluerit celebret in ecclesia cathedrali. et metropolitanus ad quaerendam ipsius. tamquam super hoc delegatus a nobis taliter eos per censuram ecclesiasticam cognita ueritate castiget. quod metu poenae talia de caetero non praesumant. Provideant itaque diligenter ecclesiarum praelati. ut hoc salutare statutum ad questum uel grauamen aliud non conuertant. Sed illud studiose ac fideliter exequantur. Si canonicam uelint effugere ultionem. quod super his apostolica sedes auctore domino attentissime uigilabit.

VIII.

Qualiter et quando praelatus debeat procedere ad inueniendum et puniendum. Subditorum excessus. ex autoribus noui et ueteris testamenti colligitur euidenter. et quibus postea processerunt canonicae sanctiones. Sicut olim aperte distinximus. et nunc sacri approbatione concilii confirmamus. Legitur enim in euangelio quod uillicus^{de} qui diffamatus erat apud dominum suum quia dissipasset bona ipsius audiuit ab illo. quid hoc audio de te redde rationem uillicationis tuae. iam enim non poteris uillicare et in genesi dominus ait. Descendam et uidebo utrum clamorem qui uenit ad me opere compleuerint. ex quibus auctoritate manifeste probatur. quod non solum cum subditis uerum etiam cum praelatis excedit. Si per clamorem et famam ad aures superiorum peruenit. non quidem a maliuolis et malediciis. sed a prouidis et honestis. nec semel tamen sed saepe. quod clamor innuit et diffamatio manifestat. debet coram ecclesiae senioribus ueritatem diligentius perquirari ut si rei poposcerit qualitas canonica distinctio culpam feriat delinquentis. non tamquam sit actor et iudex sed quia deferente fama. uel denunciante clamore officij sui debitum exequatur. Luet autem hoc sit obseruandum in subditis diligentius tamen obseruandum est in praelatis. qui quia signati sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere. cum ex officio teneantur non solum arguere sed etiam increpare. quin etiam interdum suspendere. non nunquam uero ligare. Frequenter odium

multorum incurrunt. et infidias patiuntur. et ideo sacri patres pro-
uide statuerunt. ut accusatio praelatorum non facile admittatur.
ne concussio columpnis corrumpat aedificium. nisi diligens adhibeatur
cautela. per quam non solum falsae. sed etiam malignae criminatio-
nis ianua praecludatur. Verum itaque uoluerunt praeclatio ne
criminarentur iniuste ut tamen cauerent ne delinquerent insolenter
contra morbum utrumque inuenientes congruam medicinam. Videlicet
ut criminalis actio quae ad diminutionem capituli idem ad degradatio-
nem intenditur. nisi legitima procedat inscriptio nullatenus admittatur.
Sed cum super excessibus suis quioquam fuerit infamatus. ut iam
clamore ascendat qui diutius sine scandalo dissimulari non possit.
uel sine periculo tollerari. absque dubitationis scrupulo ad inquirendum
et puniendum eius excessus. non ex odij somite. sed caritatis pro-
cedatur affectu. quatenus si fuerit grauis excessus. et si non degra-
datur ab ordine. ab amministrazione tamen amouetur omnino.
quod est secundum sententiam euangelicam. a uillicatione uillicum
amouere. qui non potest uillicationis suae dignam reddere ratio-
nem. Debet ergo esse praesens is contra quem facienda est
inquisitio. nisi se per contumaciam absintaret. et exponen-
da sunt illi capitula de quibus fuerit inquirendum. ut faculta-
tem habeat defendendi se ipsum. et non solum dicta sed etiam
nomina testium sunt ei ut quid a quo sit demum appareat
publicanda. nec non exceptiones et replicationes legitimaes
admittendae. ne per suppressionem nominum infamandi.
per exceptionis uero exclusionem deponendi falsi audacia pra-
beat. Ad corrigendos itaque subditorum excessus tanto
diligentius debet praelatus assurgere. quanto est dampna-
bilis eorum offensio deferret in correctas. contra quos
ut de notoriis excessibus taceatur. et si tribus modis possit
procedi. per accusationem uidelicet. denuntiationem et inqui-
sitionem ipsorum. ut tamen in omnibus diligens adhibeatur
cautela. ne forte pro leui compendium ad graue dispendium
ueniat. Sic accusationem legitima praecedere debet inscriptio
Sic denuntiationem caritativa monitio. et inquisitionem
clamosa insinuatio praecuenire. illo semper adhibito moderamine
ut iuxta normam iudicii. sententiae quoque forma dictetur.
hunc tamen ordinem circa ~~re~~ regulares personas uoque
quaue seruandum. quod cum causa requirit facilius et liberius
possunt a suis administrationibus amoueri.

Quod in plerisque partibus intra eandem civitatem atque diocesim permixti sunt populi diversarum linguarum. habentes sub una fide diversos ritus et mores. distincte praecipimus. ut episcopi huiusmodi civitatum sui dyocesi provideant viros idoneos qui secundum diversitates rituum et linguarum divina officia illis celebrent. et ecclesiastica sacramenta ministrent. Instruendo eos verbo pariter et exemplo. Prohibemus autem omnino ne una eademque civitas sine dyocesi diversos habeat pontifices. Tamquam unum corpus diversa capita quasi monstrum. Sed si propter praescriptas causas urgens necessitas postulaverit. pontifex loci catholicum praefulem nationibus illis conformem provida deliberatione constituat sibi vicarium in praedictis. qui ei per omnia sit obediens et subiectus. unde si quis aliter se ingesserit excommunicationis se noverit mucrone percusum. et si nec sic resipuerit ab omni ecclesiastico ministerio deponendus. adhibito si necesse fuerit brachio seculari. ad tantam insolentiam compescendam.

X.
Inter cetera, quae ad salutem spectant populi Christiani patulum verbi dei per maxime sibi notitum necessarium. quia sicut corpus naturali. sic anima spiritali cibo nutritur. eo quod non in solo pane vivit homo. sed in omni verbo quod procedit ab ore dei. unde cum saepe contingat. quod episcopi propter occupationes multiplices vel in valetudines corporales. aut hostiles incursum. seu occasiones alias. ne dicamur defectum scientiae. quod in eis est reprobandum omnino. nec de cetero tolerandum. per se ipsos non sufficiunt populo ministrare verbum dei maxime per amplas dyoceses et diffusas. generali constitutione sancimus. ut episcopi viros idoneos ad sanctae praedicationis officium salubriter exequendam assumant potentes in opere ac sermone. qui plebes sibi commissas viros ipsorum cum per se idem requirunt. sollicito visitantes eos verbo edificant et ex eo quibus ipsi cum indigerint congrue necessaria ministrent. ne pro necessariorum defectu cogantur desistere ab incepto. Unde praecipimus tam in cathedralibus quam in aliis conventualibus ecclesiis viros idoneos ordinari. quos ipsi possint cooperatores et coadjutores habere non solum in praedicationis officio. Verum etiam in audiendis confessionibus et penitentibus in iungendis ac ceteris quae ad salutem pertinent animarum. Si quis autem hoc adimplere neglexerit distincte subiaceat ultioni.

Quia non nullis propter inopiam et legendi studium et oportunitas proficiendi subtrahitur. in lateranensi concilio pia fuit constitutio prouisa. ut per unam quamque cathedralem ecclesiam magistro qui clericos eiusdem ecclesiae et alios scholares pauperes gratis instruat aliquod competens beneficium praestetur. quo et docentis releuaretur necessitas et uia pateret discipulis ad doctrinam. Verum quod in multis ecclesiis id minime obseruatur. nos praedictum roborantes statutum. adiciamus ut non solum in qualibet cathedrali ecclesia sed etiam in aliis quarum sufficere poterunt facultates. constitutur magister idoneus a praelato cum capitulo seu maiori ac saniori parte capituli eligendus. qui clericos ecclesiarum ipsarum et aliarum gratis in grammatica facultate et aliis instruat iuxta posse. Sane metropolitana ecclesia. ~~theologum~~ theologum nilominus habeat qui sacerdos et alios in sacra pagina doceat. et in his praesertim informet. qui ad curam animarum spectare noscuntur. Affiguentur autem quilibet Magistrorum a capitulo. vnius praebende prouentus et a metropolitano tandundem per hoc efficiatur canonicus. sed tam diu redditus ipsius percipiat. quam diu praestiterit in docendo. Quod si forte de duobus ecclesiis metropolitana grauatur theologo iuxta praedictum modum prouiderit. quam ~~metropolitano~~ maticos uero in aliis ecclesiis siue ciuitatis siue dioeceseos quae sufficere ualeat faciat prouideri.

XII.

In singulis regnis siue provinciis fiat de triennio in triennium saluare dyocesorum pontificum. commune capitulum abbatum atque priorum abbates proprios non habentium. qui non consueuerunt tale capitulum celebrare. atque uniuersi conueniant praepeditionem canonicam non habentes. apud unam de monasteriis ad hoc aptum hoc adhibito moderamine ut nullus eorum plusquam sex electiones et octo personas adducat. Aduent autem caritative in huius nouitas primordius duos. Cisterciensis ordinis. vicinos abbates ad praestandum sibi consilium et auxilium opportunum. Cum sint in huius capitulis celebrandis. ex longa consuetudine plenius informati qui absque contradictione duos sibi de ipsis associant. quos uiderint expedire. ac ipsi quatuor praesint capitulo uniuerso. ita quod ex hoc nullus eorum auctoritatem sibi praelationis assumat. Unde cum expedierit prouida possint deliberatione mutari. huiusmodi uero capitulum aliquot certis diebus continue iuxta morem cisterciensium

celebretur. in quo diligens habeatur tractatus de reformatione
ordinis. et obseruantia regulari. et quod statutum fuerit illis
quatuor approbantibus ab omnibus inuiolabiliter obseruetur. omni
excusatione contradictione ac appellatione remotis. prouiso
nihilominus ut sequenti termino debeat capitulum celebrari. et
qui conueniant uitam deducant communem. et faciant proportio-
naliter simul omnes communes expensas. ita quod si non omnes
poterunt in eodem saltē plures simul in diuersis domibus
commorantur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religio-
sa ac circumscripta personae. quae singulas abbatias eiusdem
regni siue prouinciae. non solum monachorum sed etiam monia-
lium secundum formam sibi praefixam. uice nostra stude-
ant uisitare. corrigentes et reformatantes. quae correctionis
et reformationis officio uiderint indigere. ita quod si rectorem
loci agnouerint. ab administratione penitus remouendum.
denunciant episcopo proprio ut illum amouere procuret. quod
si non fecerit. illi uisitatores hoc referant ad ^{apostolicam sedem} ~~secundum~~ exa-
men. hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinem suum
uolumus et praecipimus obseruare. Si uero in hac nouitate
quaecumque difficultas emerferit. quod per praedictas personas
nequeat expediri ad aulam secularis iudicii aboque scandalo
referatur ceteris irrefragabiliter obseruatio. quae concordie fuerint
deliberatione prouisa. Porro dyocesani episcopi monasteria
sibi subiecta sibi studeant reformare. ut cum ad ea praedicti
uisitatores accesserint. plus in illis inueniant. quod commo-
datione quam quod correctione sit dignum. attentissime praeca-
uentes. ne per eos dicta monasteria in debitis honoribus aggra-
uentur. quia sic ^{ut} uolumus. superiorum iura seruari. ita inferio-
rum nolumus iniurias sustinere. Ad hoc districte praecipimus
tam dyocesis episcopis quam personis quae praesunt capitulis
celebrandis. ut per censuram ~~ecclesiae~~ ^{apostolicae} ~~romanae~~ appella-
tione ^{ad}uocatos. patronos. uicedominos. rectores. et consules. ma-
gnatos et milites. seu quoslibet alios ne monasteria praesumant
offendere in personis aut rebus. et si forsan offenderint eos
ad satisfaciendum compellere non omittant ut liberius et
quietius omnipotenti domino ualeant seruiari.

Ne nimia religiosorum diuersitas grauem in ecclesia Dei confusionem inducat. firmiter prohibemus ne quis de cetero nouam religionem inueniat. Sed quicumque uoluerit ad religionem nouam conuertere. Vnam de approbatis assumat. Similiter qui uoluerit de nouo domum fundare regulam et institutionem accipiat de religionibus approbatis. Illud et inhibemus ne quis in diuersis monasteriis locum habere praesumat nec unus abbas pluribus monasteriis praesidere.

Et clericorum mores et actus in melius reformatos continentes et caste uiuere studeant uniuersi. praesertim in sacris ordinibus constituti. ab omni libidine ultio praecauentes. maxime illo propter quod ira dei uenit in filios diffidentiae. quatinus in conspectu dei omnipotentis puro corde ac mundo corpore ualeant ministrare. Ne uero facilitas ueniam incentiuum tribuat delinquendi. Statuimus ut qui deprehensi fuerint incontinenciae uicio laborare. prout maius et aut minus peccauerint puniantur. secundum canonicae sanctiones. quas efficacius et distinctius praecipimus obseruari. ut quos diuinus timor non reuocat. temporalis saltem pena cohibeat a peccato. Si quis igitur hac de causa suspensus praesumpserit celebrare diuina. non solum ecclesiasticis beneficiis spoliatur. Verum etiam pro hac duplici culpa perpetuo deponatur. praelati uero qui tales praesumpserint in suis iniquitatibus sustinere. maxime oblecta pecuniae uel alterius commodi temporalis. pari subiaceant ultioni. Qui autem secundum regionis suae morem non abdicarunt copulam coniugalem. si lapsi fuerint grauius puniantur. cum legitimo matrimonio possint uti.

A copula et ebrietate omnes clerici diligenter abstineant. unde uinum sibi temperent et se uino nec ad bibendum quispiam incitetur cum ebrietas et mentis inducat exilium et libidinis prouocet incentiuum. unde illam abusum decernimus penitus abolendum. quo in quibusdam partibus ad potus aequales se modo suo obligant notatores. et ille iudicio talium plus laudatur. qui plures inebriat et calices secundiore exhaustit. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit. nisi a superiore communitus satisfecerit competenter a

beneficio vel officio suspendatur.

XVI.

Clerici officia vel commercia secularia non exercent maxime in-
honestis. Nimis ioculatoribus et histrionibus non intendant. et taber-
nas prope eunt. nisi forte necessitatis causa in itinere con-
stituti. ad aleas vel taxillos non ludant. nec huiusmodi ludis inter-
sint. coronam et tonsuram habeant congruentem. et se in ecclesia
officio officio et aliis bonis studeant et exercent diligenter. clausa
deferant indumenta desuper. nimia breuitate et longitudine non
notanda. pannis rubeis aut uiridibus. manicis aut subtilaribus
confutis seu rostratis. sellis. frenis. pectoralibus. et calceis
deauratis. aut aliam superfluitatem gerentibus non utantur.
Infra ecclesiam cappas manicatas ad diuinum officium nulli gerant.
sed nec alibi. qui sunt in sacerdotio. et personatibus constituti. nisi
iusti causa timoris exegerit habitum transformari. Ribulae omnino
non ferant. neque corrigias auri uel argenti ornatum habentes.
sed nec anulos. nisi quibus expectit ex officio dignitatis. Ponti-
fices autem in publico et in ecclesia super indumentis lineis
omnes utantur. nisi monachi fuerint. quos oporteat deferre
habitum monachalem. palleis diffibulatis in publico non utan-
tur. sed uel post collum uel ante pectus hinc inde connexis.

XVII.

Doletis referimus quod non solum quidam minores clerici uerum
etiam aliqui ecclesiarum praelati circa conuersiones superfluas
et confabulationes illicitas. ut de aliis taceamus. super medietatem
noctis expendant. et sompno residuum relinquentes. ad diuinum
officium per contentum auiam excitantur. transcurrendo continuata
undique sinoopa matutinam. Sunt et alii qui missarum sollempnia
uix celebrant quater in anno. et quod deterius est. interesse contempnunt.
et si quando dum haec celebrantur inter sancti chori silentium fugi-
entes. intendunt exterius collocautionibus laicorum. Denique dum
audietur ad indebitos sermones effundunt. aures intentas non porri-
gant ad diuina. haec ergo et similia sub pena suspensionis penitus
inhibemus. districte praecipientes. in uirtute obedientiae. ut di-
uinum officium pro nocturnum pariter et diurnum quantum eis
deus dederit. fudiose celebrent et deuote.

Sententiam nullus clericus dicat aut proferat, nec sanguinis uindictam exerceat, aut ubi exerceatur interfuit. Si quis autem huius occasione statuti ecclesiæ uel personarum ecclesiasticarum aliquod præsumpserit inferre dispendium, per censorem ecclesiæ compellatur, ne quioquam laicus litteras dicat aut scribat pro uindicta sanguinis destinandas. Inde in curiis principum hæc sollicitudo nec clericis sed laicis committatur. Nullus quoque clericus ruptarius uel balistarius aut huiusmodi uiris longæ præponatur nec ullam chirurgiæ, partem subdiaconus aut sacerdos exerceat, quæ ad unctionem uel ad incisionem indicit, nec quisquam purgationi aquæ Laurentis uel frigidae aut ferri candentis ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat. Saluis nihilominus prohibitionibus demoniomachys siue duellis antea promulgatis.

XVIII.

Relinqui nolumus incorruptam, quod quidam clerici ecclesiæ sic exponunt suppellectilibus propriis et etiam alienis ut potius domus laicæ quæ dei basilicæ uideantur, non considerantes quod dominus non sinebat ut uas transferretur per templum. Sunt et alii qui non solum ecclesiæ dimittunt incultas, rerum etiam uasa ministerij et uestimenta ministrorum ac palla altariorum, nec non et ipsa corporalia tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus sunt horri. Quia uero Zelus nos comedit domus dei firmiter prohibemus, nec huius suppellectilia in ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles morsus aut incendia repentina seu alias necessitates urgentes, ad eas oporteat habere refugium, sic tamen ut necessitate cessante res in loca pristina reportentur, præcipimus quoque ut oratoria uasa, corporalia et uestimenta prædicta, munda et ~~etiam~~ nitida conseruentur.

XIX.

Nimis enim absurdum uideretur, in sacris fordes negligere quæ dedecent etiam in prophanis. Statuimus ut in cunctis ecclesiis crisma et eucharistia sub fidei custodia clauibus adhibitis conseruentur, ut non possit ab illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia uel nefaria tribus mensibus ab officio suspendatur, et si per eius incuriam aliquod nefandum inde contigerit, grauiori subiaceat ultioni.

XXI.

Communio omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis peruenit omnia sua solus peccata confiteatur, fideliter saltem semel in anno, proprio sacerdoti, et iniunctam sibi poenitentiam fudeat pro uiribus adimplere. Suscipiens reuerenter ad mirum in pascha eucharistiæ sacramentum, nisi forte de conflictu proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendam.

Alioquin et uiuens ab ingressu ecclesiae arceatur. et moriens christiana
careat sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in ecclesijs
publicetur. ne quisquam ex ignorantiae occitate uelamen excusationis
assumat. Si quis autem alieno sacerdoti iusta de causa sua uoluerit con-
fiteri peccata. licentiam prius postulet. et optineat a proprio
sacerdote cum aliter ille ipsum non possit soluere uel ligare. Sacer-
dos autem sit discretus et cautus ut more periti medici infundat
uinum et oleum uulneribus laeciat. diligenter inquirens. et pecca-
toris circumstantias et peccati. per quas prudenter intelligat quale
illi debeat praebere consilium. et cuiusmodi remedium adhibere.
diuersis experimentis utendo ad sanandum egratum. Caveat
autem omnino de uerbo et signo. ut aliquo quouis modo prodat
aliquatenus peccatorem. Sed si prudentiori consilio indigerit.
illud ab omni ulla exprobratione personae caute requirat. quod qui
peccatum in penitentiali iudicio sibi detectum praesumpserit
reuelare. non solum a sacerdotali officio deponendum decer-
nimus. uerum etiam ad agendam perpetuam poenitentiam
in artum monasterium detrudendum.

XXII.

Cum infirmitas corporalis non nunquam ex peccato proueniat dicendo
domino languido quem sanauit. uade et amplius noli peccare. ne
deterius tibi aliquid contingat. praesenti decreto statuimus et distinte
praecipimus medicis corporum. ut cum eos ad infirmos uocari
contingerit. ipsos ante omnia moneant et inducant quod
medicos aduocent animarum. ut postquam infirmo fuerit
de spiritali⁺ prouisum. ad corporalis medicinae remedium
salubrius procedatur. cum causa cessante cesset effectus. hoc
quidem inter alia causam dedit huius edicto. quod quidam in egrit-
tudinis lecto iacentes. cum eis a medicis suadet. ut de
animarum salute disponant. in desperationis articulum in-
cidunt. Unde facilius periculum mortis ~~incidunt~~ incurrunt.
Si quis autem medicorum huius nostrae constitutionis postquam
per praelatos locorum fuerit publicata. transgressor extiterit.
tam diu ab ingressu ecclesiae arceatur. donec per transgressionem
huius satisfecerit competenter. Ceterum cum anima sit multo
pretiosior corpore. Sub interminatione anathematis prohibemus
ne quis medicorum pro corporali salute aliquid egroto suadeat.
quod impericulum animae conuertatur.

Ne ^{pro} defectu pastoris gregem dominicum lupus inuadat rapax. aut in facultatibus suis ecclesia uiduata graue dispendium patiatur. uolentes in hoc periculo occurrere animarum et ecclesiarum indemnitatibus providere. Statuimus ut ultra tres menses cathedralis uel regularis ecclesia praelato non reacet infra quos iusto impedimento cessante si electio non fuerit celebrata. qui eligere debuerant eligendi potestate carant ea uice. ac ipsa eligendi potestas ad eum qui proximus praesse dinoscitur diuoluatur. Is uero ad quem fuerit deuoluta potestas. Deum habens praee oculis non differat ultra tres menses. cum consilio capituli sui et aliorum uirorum prudentum. uiduatam ecclesiam de persona idonea ipsius quidem ecclesiae uel alterius si digna non reperiatur in illa canonice ordinare. Si canoniciam uelit effugere ultionem.

XXIV.

Quia propter diuersas electionum formas. quas quidam inuenire conantur. et multa impedimenta proueniant et magna pericula imminant ecclesiis uiduatiss. Statuimus ut cum electio fuerit celebranda praesentibus omnibus qui debent et uolunt. et possunt commode interese. assumantur tres de collegio fide digni. qui secreto et sigillatim uota cunctorum diligenter exquirant. et in scriptis redacta. mox publicent in communi nullo protinus appellationis obstaculo interiecto. ut in collatione habita eligatur in quem omnes uel maior et sanior pars consentit. uel satim eligendi potestas aliquibus uiris idoneis committatur. qui uice Episcoporum ecclesiae uiduatae provideant in pastore. aliter electio facta non ualeat. nisi forte communiter effect ab omnibus quasi per inspirationem aboque uicio celebrata. Qui uero contra praedictas formas eligere contempserint. eligendi ea uice potestate priuentur. Illud autem peritum interdicimus. ne quis in electionis negotio procuratorem constituat. nisi sit absens in eo loco de quo debeat aduocari. iustoque impedimento detentus uenire non possit. super quo si opus fuerit eidem faciant iuramento. et tunc si uoluerit. uni committat de ipso collegio uicem suam. Electiones quoque clandestinas reprobamus. Statuentes. ut quacito electio fuerit celebrata. sollempniter publicetur.

Quicquid electioni de se factae per secularis potestatis abusum. con-
sentire praesumpserit contra canonicam libertatem et electio-
nis commodum careat. et ineligibilis fiat. ut absque dispensatione
non possit ad aliquam eligi dignitatem. Quia vero electionem
huius quam ipso iure irritam esse censemus praesumpserit celebrare.
ab officio et beneficio per triennium suspendatur. eligendi tunc
potestate privati.

XXVI.

Nichil ~~est~~ quod ecclesiae dei magis officiat, quam quod indi-
gni assumantur praelati ad regimen animarum. volentes ergo
huius morbo necessariam adhibere medelam. irrefragabili consti-
tutione sancimus. quatinus cum quisquam ad regimen fuerit
animarum electus. is ad quem ipsius pertinet confirmatio
diligenter examinet electionis processum. et personam electi.
ut cum omnia rite concuerint. munus ei confirmationis
impendat. quia si secus fuerit incaute praesumptum non solum
deiciendus est ~~incaute~~ indigne promotus. verum etiam indigne
promouens puniendus. ipsumque decernimus hac animadversio-
ne puniri. ut cum de ipsius constiterit negligentia. maxime si
hominem insufficientis scientiae vel inhonestae vitae. aut
aetatis illegitime approbavit. non solum confirmandi primum
uocessorem illius careat potestate. verum etiam ne in aliquo
casu penam effugiat a perceptione proprii beneficii suspen-
datur. quousque si aequam fuerit indulgentiam valeat pro-
mereri. si vero convictus fuerit in hoc per maliciam exco-
sione grauiori subiaceat ultioni. Episcopi quoque tales ad sacro-
ordines et ecclesiasticas dignitates promouere procurent. qui
commisum sibi officium digne valeant adimplere. si et
ipsi canonicam cupiunt effugere ultionem. Ceterum qui ad
romanum pertinent immediate pontificem. ad percipien-
dam sui confirmationem officii eius se conspectili si commode
potest fieri personaliter representent. uel personas transcrip-
tant idoneas. per quas diligens inquisitio super electionis
processu possit haberi. ut sic demum per ipsius circum-
spectionem consilii sui plenitudinem officii exequantur.
cum eis nichil obstiterit de canonico institutio. ita quod

interim ualde remoti uidelicet ultra Italiam constituti.
si electi fuerint in concordia dispensatione propter necessitates
et utilitates ecclesiarum in spiritualibus et temporalibus ammi-
nistrent. Sic tamen ut de rebus ecclesiasticis nihil penitus
alienent. Munus uero consecrationis sue benedictionis recipiant
sicut hactenus recipere consueuerunt.

XXVII.

Cum sit ars arrium regimen animarum. distinncte praecipimus.
ut episcopi promouendas in sacerdotes diligenter instru-
ant et informant. uel per se ipsos. uel alios uiros idoneos
super diuinis officiis et ecclesiasticis sacramentis qualiter ca-
rite ualeant celebrare. quod si de cetero ignaros et rudes
ordinare praesumpserit. quod quidem facile poterit depre-
hendi. et ordinatores et ordinatos graui subiacere de-
cernimus ultioni. Sanius est ei maxime in ordine sacer-
dotali paucos bonos quam multos malos habere sacerdotes
ministros. quia si cecus cecum duxerit ambo in foueam
dilabuntur.

XXVIII.

Quidam cedendi licenciam cum instantia postulantes. ea
abstenta cedere praetermittunt. sed cum in postulatione cecis-
sionis. aut ecclesiarum commoda quibus praesunt aut salu-
tem uideantur propriam attendisse. quorum neutrum suasio-
nibus aliquorum quaeentium quae sunt sua seu etiam leuitate
qualibet uolumus impediri. eos ad cedendum decernimus
compellendos.

XXIX.

De multa prouidentia fuit in concilio Lateranensi prohibitum
ut nullus diuersas dignitates ecclesiasticas. et plures ecclesias
parochiales reciperet. contra factorum canonum instituta.
alioquin et recipiens sic recepta amitteret. et largiendi po-
testate conferendo priuaretur. Quia uero propter praesum-
ptiones et cupiditates quorundam nullus hactenus fructus

aut rarus de praedicto statu provenit. nos evidentius et expressius
occurrere cupientes praesenti decreto statuimus. ut quicumque rece-
perit aliquod beneficium habens curam animarum annexam.
si prius tale beneficium optinebat eo sit ipso iure privatus. et si
forte illud retinere contenderit. etiam alio spoliatur. Is quoque
ad quem prioris spectat donatio. illud post receptionem alterius libere
conferat. cui merito viderit conferendum. et si ultra sex
menses conferre distulerit. non solum ad alium secundum
statutum lateranense concilium eius collatio devolvatur. Verum
etiam tantum de suis cogatur proventibus in utilitatem illius
ecclesiae. cuius illud est beneficium assignare quantum a tem-
pore vacationis ipsius ex eo constiterit esse perceptum. hoc idem
in personatibus decernimus observandum. addentes ut eadem
ecclesia nullus plures dignitates aut personatus habere praesuma-
tur. etiam si curam non habeant animarum circa publi-
cos tamen et litteratos personas. quae in maioribus sunt
beneficiis honorandae. cum ratio postulaverit per sedem
apostolicam poterit dispensari.

XXX.

Graue nimis est et absurdum quod quidam ecclesiarum
praebati. cum possint viros idoneos ad ecclesiasticis beneficia
promovere. assumere non verentur indignos. quibus nec
morum honestas. nec litterarum scientia suffragatur.
carnalitates sequentes officium non iudicium rationis. Unde
quanta ecclesiis proveniunt dampna nemo sane mentis
ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi praecipimus.
ut praetermissis indignis assumant idoneos. qui deo eccle-
siae velint et valeant gratum impendere sacramentum.
Siatque de hoc in provinciali concilio diligenter inquisitis
annuatim. ita quod qui post primam et secundam ammo-
nitionem fuerit repertus culpabilis a conferendis bene-
ficiis per ipsum concilium suspendatur. Instituta in
eodem concilio per provida et honesta quae suppleat
suspensi defectum. in beneficiis conferendis. et hoc ipsum

in capitala quae in his deliquerit obseruetur. Metropolitanum uero
dilectum superius iudicio relinquatur. ex parte concilii nuntian-
dum. ut autem haec salubris plenioris prouisio consequatur
effectum. huiusmodi suspensionis sententia praeter conscien-
tiam Romani Pontificis. aut proprii patriarchae minima priuat
relaxetur. In hoc quoque quatuor patriarchales sedere specia-
liter honorentur.

XXXI.

Ad abolendam pessimam quae in plebs quae ecclesiae cor-
ruptelam firmiter inhibemus. ne Canonicoz filii maxime
parui canonici fiant in secularibus ecclesiis. in quibus in-
stituti sunt patres. et si fuerit contra praesumptum decerni-
mus non ualere. Qui uero tales ut dictum est canoni-
care praesumpserint. a suis beneficiis suspendantur.

XXXII.

Extirpandae consuetudinis uicium in quibusdam partibus
inoleuit quod scilicet patroni ecclesiarum parochialium
et aliae quaedam personae proventus ipsorum sibi pene penitus
uendicantes. presbyteris earundem seruitio deputatis relinquant
adeo exiguum portionem. ut ex ea congrue nequeant sustentari.
Nam ut pro certo didicimus in quibusdam regionibus parochiales
presbyteri regionibus pro sua sustentatione non optinent nisi
quartam partem id est sextam decimam decimarum. Inde
fit ut huius regionibus pene nullus inueniatur parochialis
sacerdos qui uel modicam habeat periciam litterarum. Cum
ergo os laici alligari non debeat tributario. Pro qui seruit
altari uiuere debet de altari. Statuimus ut consuetudine qua
libet episcopi uel patroni seu cuiusque alterius non obstante
portio presbyteris ipsis sufficiens assignetur. Qui uero parochia-
lem habet ecclesiam. non per uicarium. sed per se ipsum deser-
uiat in ordine. quem ipsius ecclesiae cura requirit nisi
forte praebendae uel dignitati parochialis ecclesiae sit
annexa. in quo casu concedimus. ut huius qui talem habent
praebendam uel dignitatem cum oporteat cum in maiori

ecclesia deferuire. in ipsa parochiali ecclesia idoneum et per-
petuum studeat habere vicarium canonicum institutum. qui ut
praedictum est. qui ut praedictum est congruentem habeat de
ipsius ecclesiae proventibus portionem. alioquin illa se sciat
huius decreti auctoritate^{et} libere alii conferenda. qui velit et pos-
sit quod praedictum est adimplere. Illud autem penitus interdi-
cimus. ne quis infraudet de proventibus ecclesiae quae curam
debeat habere proprii sacerdotis. pensionem aliquam pro beneficio
conferre praesumat.

XXXIII.

Procuraciones quae quasi ratione visitationis debentur episcopis
archidiacono vel quibuslibet aliis et apostolicae sedis legatis
ac nunciis. ab omni manifesta aut necessaria causa nullate-
nus exigantur. nisi quando personaliter visitationis officium
impendunt et tunc electionum et personarum modicitatem ob-
seruent in lateranensi concilio diffinitam. hoc adhibito modera-
mine. circa legatos et nuncios. ut cum oportuerit eos a-
pud aliquem locum moram facere necessariam. ne locus
ille propter illos nimium aggrauctur. procuraciones recipiant
moderatas. ab aliis ecclesiis vel personis quae nondum fue-
runt de ipsorum procuracionibus aggrauatae. ita quod
numerus procuracionum numerum dierum. quibus huius
moram fecerint non excedant et cum aliqua non suffecerit
per se ipsam duae vel plures coniungantur in unam. Porro
visitationis officium exercentes non querant quae sua sunt.
sed quae Iesu Christi praedicationi et reformationi et cor-
rectioni vacantes et fructum referant qui non perit. Qui
autem contra hoc venire temptauerit. et quod acceperit
reddat. et ecclesiae quam taliter aggrauauerit tantundem
impendat.

XXXIII.

Quia plerique praelati ut procuracionem seu seruicium aliquod
impendat legatis vel alii plus extorqueant a subditis quam exsol-
uant. et in eorum dampnum laetantes. querunt quaedam
potius quam subsidium in subiectis. id de cetero fieri

inhibemus. Quod si quis forte praesumpserit. et sic extorserit
restituatur. et tandem cogatur pauperibus largiri. Super
rior autem cui super hoc querela deposita. si negligens fuerit
in huius executione statuti. canonice subiaceat ultioni.

It debitus honor deferatur iudicibus et litigatoribus consulatur
super laboribus et expensis. Statuimus ut nisi quis coram idoneo
iudice conuenerit aduersarium. ille ante sententiam ad superio
rem iudicem abque rationabili causa non prouocet. sed
coram illo suam iustitiam prosequatur. non obstante se
dicat quod ad superiorem iudicem nuntium suum desti
nauerit. aut etiam litteras impetrauerit ab eodem prius
quam de legato fuerint assignatae. Cum autem ex ratio
nabili causa procurauerit appellandum coram eodem
iudice causa probabili appellans exposita. tali iudice
quae si foret probata deberet legitima reputari. Superior
de appellatione cognoscat. et si minus rationabiliter
eum appellasse cognouerit. illum ad inferiorem remittat
et expensas alteri parti condemnat. Alioquin in se pro
cedat saluis constitutionibus de maioribus causis ad se
dem apostolicam proferendis.

Cum cessante causa cesset effectus. Statuimus ut siue iudex
ordinarius siue delegatus aliquid comminando uel
interloquendo protulerit. quo executioni mandato
alter litigantium grauaretur. et sanus usus consilii ab
huiusmodi comminationis uel interlocutionis effectum
destiterit liberè in causae cognitione procedat. non
obstante si a tali comminatione uel interlocutione fuerit
appellatum. dummodo non sit ex alia legitima causa
suspectus ne processus negotii frivolis occasionibus retardetur.

Nonnulli gratia sedis apostolicae. abutentes litteras eius ad
remotum iudicem impetrare nituntur. ut reus litigatur

laboribus et expensis. liti cedere uel importunitatem actoris sectione
compellatur. Cum autem per iudicium iniuriis adhibitis patere non
debeat. quas iuris obseruantia interdicit. statuimus ne quis ultra
duas dietas extra suam diocesim per litteras apostolicas ad iudici-
um trahi possit. nisi de assensu partium fuerint impetratae.
uel expressam de hac constitutione fecerint mentionem.
Sunt et alij qui se ad nouum genus matrimonij conuertentes. ut
uel fornicati possint suscitare querelas. aut nouas immittere que-
riones. Lingunt causas super quibus a sede apostolica litteras
impetrent absque dominorum mandato. quas uel res ne per eas
laborum uel expensarum dispendio molesteretur. aut actori uel
per ipsas aduersarium in debita vexatione fatigeret. uendites
exponunt. Cum autem lites restringendae sint potius. quam
laxandae. hoc generali constitutione sancimus. ut si quis super
aliqua questione de cetero sine domini speciali mandato litte-
ras apostolicas impetrare presumpserit. et litterae illae non
ualeant. et ipse tamquam falsarius puniatur. nisi forte
de illis personis extiterit a quibus de iure non debet exigi
mandatum.

^{niam}
Quod contra falsam asserationem iniqui iudicio. innocens litiga-
tor. quandoque ut potest ueram negationem probare. cum negantis
factum per rerum naturam nulla sit directa probatio. ne falsi-
tas ueritati praecudat. aut iniquitas praecudat aequitati.
Statuimus ut tam in ordinario iudicio quam extra ordinario
iudex semper adhibeat aut publicam si potest habere personam.
aut duos uiros idoneos. qui fideliter uniuersa iudicii acta con-
scribant. uidelicet citationes et dilationes. recusationes
et exceptiones. petitiones et responsiones. interrogationes et
confessiones. depositiones testium et productiones instru-
mentorum. interlocutiones et appellationes. renuntiationes
et conclusiones et cetera quae occurrerint competenti ordine
conscribenda designando loca. tempora. et personas. et
omnia sic conscripta partibus tribuantur. ita quod originalia
per eos scriptores remaneant. ut si super processu iudiciali

fuerit suborta contentio. per hoc possit ueritas declarari.
Quatinus hoc adhibito moderamine. scilicet honestis et discretis
deferatur iudicibus. ut per diuersos et iniquos innocentium
iusticia non ledatur. Iudex autem qui constitutionem
istam relexerit conseruare. si propter eius negligentiam
aliquid difficultatis emergerit. per superiorem in animad-
uersione debita castigetur. nec per ipsius praesumatur
processu. nisi quatinus in causa legitimis constiterit
documentis.

XXXIX.

Saepe contingit quod spoliatus iniuste per spoliatorem in
alium re translata ut dum aduersus possesorem non
aduenitur per restitutionis beneficium spoliato. commodum
possessionis amisso propter difficultates probationum
ius proprietatis amittant effectum. unde non obstande
civili iuris rigore sancimus. ut si quis de cetero scienter
rem talem susceperit. cum spoliatori quasi cedat in iuribus
eo quod non multum interfit praesentim quoad pericu-
lum animae detinere iniuste. ac inuadere alienum
contra possesorem huiusmodi. spoliato per restitutionis
beneficium succurratur.

Contingit interdum quod cum actori ob contumaciam
partis aduersae. adiudicatur causa rei seruandae possessio
propter rei potentiam suae dolum actor infra annum
rem custodiendam non potest. uel nactam
amittit. et sic cum secundum affectionem multorum
numerus non efficeretur post lapsum anni. possessor
reponat commodum de malitia sua reus. Ne igitur
contumacia melioris quam obediens conditionis
existat. de canonica aequitate sancimus. ut in caso
praemisso actor uerus constituatur. Lapsa anno
possessor. Ad haec generaliter prohibemus ne super rebus
spiritualibus compromittatur in laicum quia non decet
ut laicus in talibus arbitretur.

Quod omne quod non ex fide peccatum est. Synodali iudicio definimus. ut nulla valeat aboque bona fide praescriptio tam canonica quam civilis cum sit generaliter omni constitutioni atque consuetudini deroganda. quod aboque mortali non potest observari peccato. unde oportet ut quicquid praescribit in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienae.

Sicut volumus ut iura clericorum laici non usurpent ita velle debemus. ne clerici iura sibi vindicent laicorum. Quo circa universis ~~laicis~~ clericis interdiciamus ne quis praetextu ecclesiasticae libertatis suam de caetero iurisdictionem extendat. in prauiudicium iustitiae secularis. sed contentus existat. constitutionibus scriptis. et consuetudinibus quae actenus sunt obtentae. ut quae sunt caesaris caesari. et quae sunt dei deo recta distributione reddantur.

Nimis de iure diuino Laici usurpare nituntur. cum viros ecclesiasticos nihil temporale optinentes ab eis ad praestandum sibi fidelitatis iuramenta compellant. Quia vero secundum Apostolum suus suo domino stat. aut cadit. Sacri auctoritate concilii prohibemus. ne tales clerici personis secularibus praestare cogantur huius sacramentum.

Cum laicis quamvis religiosi disponendi de rebus ecclesiasticis nulla sit attributa potestas apud quos subsequendi manet necessitas non auctoritas imperandi dolemus. sic in quibusdam ex illis refrigerare caritatem. quae immunitatem ecclesiasticae libertatis. quam ne dum sancti patres. sed etiam principes seculares multo privilegio munierunt. non formidant suis constitutionibus uel ^{potius} confectionibus impugnare. non solum de alienatione feudorum ac aliarum possessione ecclesiarum et usurpatione iurisdictionum. sed etiam de mortuariis. nec non et aliis quae iuri spirituali videntur adnexa. illicite praesumendo. volentes igitur

Super his ecclesiarum indemnitate consulere. ac tantis
grauaminibus providere. constitutiones huius et deinde
onco pseudorum seu aliorum bonorum vel ecclesiarum
sine legitimo ecclesiasticarum ~~consensu~~ assensu praesum-
ptas occasione constitutionis laicae potestatis cum non
constitutis sed desitutis vel destructis dici possit. nec non
usurpatio iurisdictionum sacri approbatione concilii de-
nique non tenere. praesumptoribus per censuram ecclesi-
asticam compescendo.

In quibusdam ecclesiis provinciarum ecclesiarum patroni et
advocati seu vicedomini. se in tantam insolentiam ex-
cerunt. quod non solum cum vacantibus debet ecclesia
de pastoribus idoneis providere difficultates ingerunt et
malicias. verum etiam de possessionibus et aliis bonis
ecclesiasticis pro sua voluntate praesumunt. et quod horren-
dum est dicere in necem praelatorum prorumpere non
formidant. Cum igitur quod ad defensionis subsidium est
inventum. ad deprecationis dispendium non debeat retor-
queri. Prohibemus ex parte. ut patroni vel advocati seu
~~ut~~ vicedomini super praemissis de caetero plus usurpent
quam invenerint in iure permixtum. et si contra praesum-
pserint. per severitatem canonicam districtissime com-
pescantur. Sacri nihilominus ~~concilii~~ concilii statuimus
provisione. quatinus si patroni vel Advocati. aut pseudotarii
seu vicedomini seu alii beneficiati alicuius ecclesiae rectores
vel clericum alium ipsius ecclesiae per se vel per alios occi-
dere vel mutilare ausu nefandi praesumpserint. patroni ius
patronatus. advocati advocatiam pseudotarii pseudum.
vicedomini vicedominatum. beneficiati beneficium. propter
amittant. et ne minus indiotae quam excoisus memoria
prorogetur. non solum de praemissis nihil proveniat ad
haeredes. Sed etiam usque ad quantam generationem posse-
ritas talium in clericorum collegium nullatenus assuman-
tur. nec in regularibus domibus alicuius praelationis
assequatur honorem. nisi cum eis fuerit dispensatum.

Aduersus consules et rectores ciuitatum et alios qui ecclesias et
uiros ecclesiasticos tillis seu collectis et ex actionibus aliis
aggravare nituntur. uolens immunitati ecclesiasticae ~~pro~~
~~de~~ Lateranense concilium providere. praesumptiones huius
sub anathematis diffinitione esse prohibitum transgressores
et fautores eorum excommunicationi praecipiens subiace
donec satisfactionem impenderent competentem. Verum
si quando forsitan episcopus simul cum clericis tantam
necessitatem uel utilitatem inspexerit ut ab omni ulla cauti-
one ad reuelandas utilitates et necessitates communes ubi
laicorum non suppetunt facultates subsidia per ecclesias
duxerit conferenda. praedicti laici recipiant humiliter
cum actionibus gratiarum. propter imprudentiam tamen quorun-
dam. romanus prius pontifex consulatur. cuius interest commu-
nibus utilitatibus providere. Enia uero ne per quorundam ma-
licia contra Dei ecclesiam conuenit adiciamus ut constitutiones
et sententiae. quae ab excommunicatis. huius uel de Episcopo-
rum mandato fuerint promulgatae. inanes et irritae habeantur.
nulla unquam tempore ualiturae. Ceterum quia fraus et dolus
alicui patrocinari non debet, nullus uano non decipiatur ~~hunc~~
error. ut infra tempus regiminis sustineat anathema quasi
post illud non sit ad satisfactionis debitum compellendus.
nam et ipsum qui satisfacere recusauerit. et sacrosanctam
ipsius nisi satisfecerit infra mensem. manere decernimus
ecclesiastica censura conclusum donec satisfecerit cum
succedat in onere, qui substituitur in honore.

Sacro approbante concilio prohibemus. ne quis in aliquem ex-
communicationis sententiam nisi competenti ammo-
nitione praemissa. et praesentibus personis idoneis. per
quos si necesse fuerit possit probari monitis. promulgare
praesumat. quod si contra praesumpserit. etiam si iusta
fuerit ex causa sententia. ingressum ecclesiae per mensem
unum sibi nouerit interdictum. alia nichilominus poena
si uisum fuerit expedire. Caueat etiam dili-
genter ne ad excommunicationem cuiusquam ab omni iusta

et rationabili causa procedat. ad quam si taliter forte proce-
rit. et requisitus humiliter proceffum huius non curauerit
absque grauiamine reuocare. grauatius apud superiorem deponat
de iusta excommunicatione querelam. Qui si absque periculo
morae potest. ad excommunicationem illam cum suo
mandato remittat infra competentem terminum absol-
uendum. Alioquin ipse per se uel per alium prout uiderit
expedire. sufficiente cautione recepta. manus eidem ab-
solutionis impendat. Cumque aduersus excommunicationem
de iniusta excommunicatione exstiterit excommunicationem
condempnetur excommunicato ad interesse. Alias nichilo
minus culpa qualitas postulauerit superioris arbitrio
puniendus. cum non leuius sit culpa tantam infligere
poenam ipsi nisi forsitan errauerit ex causa probabili
maxime si laudabilis opinio existat. Veram si contra
excommunicationis sententiam nichil rationabile
fuerit a conuicente probatum. idem et super iniusta
excommunicatoris molestia per penam ad interesse uel
aliam secundum superioris arbitrium. nisi forsitan et
ipsum probabilis error excuset. et super eo quod iusta fuit
excommunicatione ligatus. per cautionem receptam satis-
facere compellatur. uel in pristinam sententiam reducatu-
rusque ad satisfactionem condignam inuolabiliter obser-
uandam. Si uero iudex suum recognoscens errorem
paratus sit talem reuocare sententiam. et is pro quo lata
fuerit. ne absque satisfactione reuocet. illum appellet.
appellationi non deferat. in hac parte nisi talis sit error.
de quo merito ualeat dubitari. et tunc sufficiente cautione
recepta. quod coram eo ad quem exstiterit appellatum
uel delegato ab ipso iuri ^{excommunicatum absoluat}
sicque penae praescriptae minime subiacebit. cauens o-
mnino ne uoluntate peruersa in alterius praedictum
mentiatum errorem. Si distinctionis canonicae uult ef-
gere disciplinam.

Cum speciali sit prohibitione prouisum ne quis in aliquem
excommunicationis sententiam nisi competenti communione

praemissa promulgare praesumat. volentes etiam provideri
ne forte commonitus frustratoria recusationis vel appel-
lationis obiectu monentis declinare possit examen. Statui-
mus quod si allegaverit se iudicem habere suspectum. coram
eodem iustae suspicionis assignet. et ipse cum adversa-
rio. vel si forte adversarium non habet. cum iudice arbi-
tro communiter eligant aut si communiter convenire
non possunt. eligant absque malicia. ipse unum et ~~ipse~~ ^{ille}
alius. qui de suspicionis causa cognoscant. ut quod duo ex ^{illis}
decreverint. robur optineat firmitatis. fiantque se ad id
fideliter exequendum. ex iniuncto a nobis in iustate obedi-
entiae. sub oblatione divini iudicii diffracto praeepto
teneri. Cum vero suspicionis legitima coram ^{illis} infra
competentem terminum non probata sua iurisdictione
iudex utatur. at ipsa probata legitime de recusationis
assensu. personae idoneae committat negotium recusatum.
vel ad superiorem transmittat. ut in eo ipse procedat
secundum quod fuerit procedendum. Porro commonito
ad appellationis obstaculum conuolante. si eius excessus
per evidentiam rei vel ipsius confessionem vel alio modo
legitime fuerit manifestus. cum appellationis remedium
non sit ad defensionem iniquitatis. sed praesidium inno-
centiae institutum. non est provocacioni huius deferendum.
Excessu quoque dubio existente ne friuote appellationis diffugio
appellans iudicium processum impediat. coram eodem
probabilem causam appellationis exponat. talem videli-
cet. quae si foret probata deberet legitima reputari. et tunc
si habuerit adversarium. infra terminum secundum loco-
rum distantiam. temporis qualitatem. et naturam
negotii ad eodem iudice moderandum appellationem
interpositam prosequatur. quam si prosequi non cura-
verit exta hoc ipse iudex non obstante appellatione
procedat. Nullo autem adversario compasente. cum
iudex ex suo procedat officio appellationis causa coram
superiore probata superioris suae iurisdictionis officium
exequatur. Sed si appellans in eius appellatione defecerit.
ad eum a quo ipsum appellasse malitiose constiterit.

remittatur. Ceterum has duas constitutiones ^{praemissas} volumus ad regulas
extendi: contra suas speciales obseruantias.

Sub interminatione diuini iudicii penitus interdicimus. ut
causa cupiditatis. nullus audeat aliquem excommunicationis
iuncto inmodare. uel absolueret inmodatum. in illis maximis
regionibus. in quibus ex consuetudine cum excommunica-
tus absoluitur. pecuniaria pena multatur. fatuentes ut ex-
communicationis sententiam iniusta fuisse confiterentur.
excommunicatus ad restituendum pecuniam. sic extortam
per censuram ecclesiasticam compellatur. et nisi proba-
bili fuerit errore deceptus tantundem iniuriam passus
perfoluat. et si forte soluendo non fuerit animaduersione
alia castigetur.

Non debet reprehensibili iudicari si secundum uarietatem
temporum statuta quandoque uariantur humana prae-
sertim cum uergens necessitas. uel euidentis utilitas
id exposcat. quod ipse Deus ex his quae in ueteri testamento
statuerat non nulla mutauit in noua. Cum ergo prohibi-
tiones de coniugio in secundo et tertio affinitatis genere
minime contrahendo et de sobole suscepta ex secundis
nuptiis cognationi uiri non copulanda prioris et diffi-
cultatem frequenter inducant. et aliquanto periculum
pauciant animarum. ut cessante prohibitione cesset effectus
constitutiones super hoc editas sacri approbatione concilio
reuocantes. praesenti constitutione decernimus. ut sic
contrahentes de cetero libere copulentur. Prohibitio quoque
copulae conjugalis quantum affinitatis et consanguinita-
tis gradum de cetero non excedat. quod in ulterioribus
gradibus iam non potest. absque graui dispendio huius
prohibitio generaliter obseruari. Quaternarius enim numerus
bene congruus prohibitioni coniugii corporalis. de quo dicitur
apostolus. quod uir non habet potestatem sui corporis sed mulier
neque mulier habet potestatem sui corporis sed uir. Quia quatuor
sunt humores in corpore. quod constat ex quatuor elementis.

Cum ergo iam usque ad quartum gradum prohibitio coniu-
galis copulae sit restricta. eam ita esse volumus perpetuam
non obstantibus consultationibus super hoc dudum editis
uel ab aliis uel a nobis ut si qui contra prohibitionem huius-
modi praesumpserint copulari. nulla longinquitate defen-
datur. annorum cum diuturnitas temporis non minuat
peccatum sed augeat. tantoque grauiora sunt crimina
quanto diutius infelicem detinent animam alligatam.

Cum inhibitis copulae coniuugalis sit in tribus ultimis
gradibus reuocata eam in aliis volumus districte
seruari. unde praedecessor^{um} nostrorum inhaerendo uesti-
giis clandestina coniugia penitus inhibemus. prohiben-
tes etiam nequis sacerdos talibus interesse praesumat.
quare specialem quorundam consuetudinem locorum
ad alia generaliter prorogando statuimus. ut cum ma-
trimonia fuerint contrahenda in ecclesiis publice
proponatur competenti termino praefinito ut infra
illum qui uoluerit et ualuerit legitimum impedimentum
opponat. Et ipsi presbyteri nichilominus inuestigent
utrum aliquod impedimentum obstat. cum autem
probabilis apparuerit coniectura^{un} contra copulam
contrahendam contractus interdicatur exprose.
donec quid fieri debeat super eo manifestius ~~interdi-~~
~~catus~~ constiterit documentis. si qui uero huius
clandestina. uel interdicta coniugia inire praesum-
perint in gradu prohibito. ignoranter soboles ex tali
coniunctione suscepta illegitima censeatur. de paren-
tum ignorantia nullum habitura subsidium. cum
illi taliter contrahendo non expertes scientiae. uel
saltem affectatores ignorantiae uideantur. pari modo
illegitima censeatur. Si ambo parentes impedimentum
scientes legitimum praeter omne interdictum. etiam in

(h)

conscripta ecclesiae contrahere praesumpserint. Sane parochialis Sacerdos qui tales coniunctiones prohibere contempserit. aut quilibet alius etiam regularis quibuslibet eis praesumpserit interesse per triennium ab officio suspendatur. grauius puniendus si culpa qualitas postulauerit. Sed etiam hi qui taliter copulari praesumpserint. etiam in gradu concesso. digna penitentia iniungatur. Si quis autem ad impediendum legitimam copulam maliciosum impedimentum obiecerit ecclesiasticam non effugiat ultionem.

Licet et quadam necessitate praeter communem formam olim fuerit institutum. ut in consanguinitatis et affinitatis gradibus computandis ualere testimonium de auditu cum propter breuem hominum uitam testes de uisu non ualerent. usque ad gradum septimum computando. quia tamen pluribus exemplis. et certis experimentis didicimus ex multa pericula contra legitima coniugia prouenisse statuumus. ne super hoc recipiantur testes de cetero de auditu cum iam quartum gradum prohibitio non excedat. nisi personae graues extiterint quibus fides sit merito adhibenda et ante matam litem testificata didicerint ab antiquioribus suis quidem non utique uno. cum non sufficeret ille si uideret. sed duobus ad minus nec ab infamibus et suspectis sed a fide dignis omni exceptione maioribus. cum satis uideretur absurdum illos admitti. quorum repellerentur auctores. nec tamen si unus a pluribus. uel infames ab hominibus bonae famae acceperint quod testantur. tanquam plures et idonei testes debent admitti. cum secundum solitum ordinem iudiciorum non sufficiat unius testis assertio. etiam in praesidiali dignitate praefulgeat. et actus legitimi sint infamibus interdicti. testes autem huius propriis iuramento firmantes. quod ad ferendum in causa ipsa testimonium odio uel amore. timore uel commodo non procedant. personas expressis nominibus

uel demonstratione seu circumlocutione sufficienti designent.
et ab utroque latere singulos gradus clara compunctione di-
stinguant. et in suo nichilominus iuramento concludant.
se accepisse a suis maioribus quae deponunt et credere ita
esse. Sed nec tales sufficiant nisi iurati deponant se uidisse
personas saltem in uno praedictorum graduum constitu-
tas. pro consanguineis se habere. Tolerabilius enim est
aliquos contra statuta hominum copulatos dimittere.
quam coniunctos legitime contra statuta domini separare.

In quibusdam ~~et~~ regionibus quaedam permixtae sunt
gentes. quae secundum suos ritus decimas de more non
soluant. quamuis censcantur nomine Christiano. huius
vero nonnulli domini praediorum ea tribuant excolen-
da. ut decimis defraudantes ecclesias maiores inde
redditus assequantur. volentes igitur super huius ecclesia-
rum indemnitatibus providere. statuimus. ut ipsi
domini talibus personis et taliter sua praedia excolenda
committant. quod absque contradictione decimas eccle-
siae cum integritate persoluant. et ad id si necesse fuerit
per censuram ecclesiae compellantur. Illae quoque decimae
necessario sunt solvendae. quae debentur ex lege divina
uel loci consuetudine approbata.

Cum non sit in homine quod semen sementi respondeat.
quoniam iuxta uerbum apostoli neque qui plantat est
aliquid. neque qui rigat sed qui incrementum dat deus.
ipsum qui de mortificato semine plurimum fructum
affert nimis auare quidam in decimis defundere
nituntur. censuram et tributa. quae interdum indecimata
praetereunt. de frugibus primitias deducentes. Cum
autem in signum uniuersalis domini quasi quodam
spirituali titulo sibi dominus decimas reseruauerit nos
et ecclesiarum dispendio et animarum periculo obuiare

uolentes. statuimus ut in praerogatiua domini generalis exactionem tributorum et censuum praecedat solutio decimarum ut saltem hi ad quos census et tributa et indecimata proueniunt quoniam res cum onere suo transsit ea per censuram sine decimare cogantur ecclesiarum quibus de iure debentur.

Nuper abbates cisterciensis ordinis ad commotionem nostram provide statuerunt ut de cetero fratres ipsius ordine occasione priuilegiorum suorum ecclesiae ulterius praegrantentur. de alienis terris acquisitis. et animodo acquirendis. si eas propriis manibus aut sumptibus excoluerint. decimas persoluant ecclesiis quibus ratione praediorum antea soluebantur. nisi cum ipsis ecclesiis aliter duxerint componendum. Nos ergo statutum huiusmodi gratum et ratum habentes. hoc ipsum ad alios regulares qui gaudent similibus priuilegiis extendi uolumus et mandamus ut ecclesiarum praelati promptiores et efficaciores existant ad exhibendum eis de suis malefactoribus iustitiae complementum eorumque priuilegia diligentius et perfectius studeant obseruare.

Plerique sicut accepimus regulares et clerici seculares interdum cum uel domos locent uel fundum concedunt in praedictum parochialium ecclesiarum pactum adiungunt ut conductores et feudatarii decimas eis soluant. et apud eosdem eligant sepulturam. Cum autem id de auaricia procedat radice. pactum huius penitus ~~et~~ reprobamus statuentes ut quicquid fuerit occasione huius pacti perceptum ecclesiae parochiali reddatur.

Et priuilegia quae quibusdam religiosis personis romana concessit ecclesia permaneant inconvulsa. quaedam in eis duximus declaranda ne minus sane intellecta pertrahantur ad abusum propter quem possent merito reuocari. quia

privilegium meretur amittere qui per
potestate. Sane quibusdam regularibus apostolica sedes indulgit.
ut hiis qui fraternitatem eorum assumpserint. Si forsan ecclesiae
ad quas pertinent a diuinis fuerint officio interdictae. ipsosque
mori contigerit. sepultura ecclesiastica non negetur. nisi excom-
municati uel nominatim fuerint interdicti. suos quoque con-
fratres quos ecclesiarum praelati apud ecclesias suas non per-
miserint sepeliri. nisi excommunicati uel interdicti fuerint
nominatim. ipsi ad ecclesias suas deferant tumulandos.
hoc autem de illis fratribus intelligendum inuis. qui licet ad-
huc manentes in seculo eorum ordini sunt obligati mutato
habitu seculari. uel eis inter uias sua bona dederint. retento
sibi quam diu in saeculo uixerint usu fructuque. tamen sepelien-
tur apud ipsorum regularium uel aliorum non interdictarum
ecclesiarum in quibus elegerint sepulturam. ne si de quibuslibet
ipsorum fraternitatem assumentibus fuerit intellectum pro
duobus autem uel tribus denariis annuatim sibi collatis
dissoluantur pariter et uilescat ecclesiastica disciplina. cer-
tam tamen et ipsi remissionem obtineant ab apostolica sibi
sede concessam. illud etiam quod huius est regularibus in-
dultum ut si qui fratrum suorum qui ab eis missi fuerint ad
recipiendas fraternitates siue collectas in quamlibet ciuitatem.
castellum uel uicam aduenerint. si forte locus ille a diuinis
sit officio interdictus in eorum iocundo aduentu aperiatur
ecclesiae non tamen ad ecclesias eiusdem loci diuifim sed
semel in anno aperiuntur ecclesiae. ut exclusio excommuni-
catis diuina sibi officia celebrentur. Sic intelligi uolumus.
quod in eadem ciuitate aut castro uel uilla una tantum eccle-
sia eiusdem ordinis fratribus semel ut dictum est aperia-
tur in anno. quia licet pluraliter dictum sit quod in eorum
iocundo aduentu aperiuntur ecclesiae non tamen ad ecclesias
eiusdem loci diuifim. sed praedictorum locorum coniunctim.
sano referendum est intellectu. ne si hoc modo singulae eiusdem
loci ecclesiae uisitarent nimium uilipendi contingeret sententia
interdicti. Qui uero contra declarationes praescriptas quidquam sibi
praesumpserit usurpare. graui subiaceat disciplinae.

Quod nonnullis est religiosis indultum in fauorem pontifi-
calis officii ad episcopos extendentes concedimus. ut cum
commune terrae interdictum excommunicatis et interdictis
exclusis possint quandoque clausis ianuis et suppressa uoce
non pulsatis campanis celebrare diuina. nisi hoc ipsum eis
xuerit expresse interdictum. Verum hoc illis concedimus.
qui causam aliquam non praestiterint interdicto nec quic-
quam fraudis ingesserint tale compendium ad iniquam dis-
pendium trahentes.

Quod quibusdam religiosis a sede Apostolica. est prohibitum.
uolumus et mandamus ad uniuersos extendi. ne quis uidelicet
abque abbatis et maioris partis capituli sui licentia pro aliquo
adequebeat. uel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat. ultra
summam communis prouidentia constitutam. Alioquin
non teneatur conuentus pro his aliquatenus respondere.
nisi forte in utilitatem domus ipsius manifeste constiterit
redundasse. et qui contra statutum ipsum uenire praesum-
pserint. grauiori disciplina subdatur.

Accedentibus ad nos de diuersis mundi partibus Episcoporum
quaerelis intelleximus. graues et grandes quorundam abbatum
excessus. qui suis finibus non contenti manus ad eas quae sunt
episcopalis dignitatis extendunt. de causis matrimoniali-
bus cognoscendo. iniungendo publicas penitentias. concedendo
indulgentiarum literas. et similia praesumendo. unde contin-
git interdum. quod uilescit episcopalis auctoritas apud multos.
volentes igitur in his et episcoporum dignitati et abbatum
prouidere saluti praesenti decreto firmiter prohibemus. ne
quis abbatum ad talia praesumat extendere manus suas.
si proprium uoluerit periculum euitare. nisi quisquam for-
te eorum speciali confessione uel alia legitima causa super
huius ualeat se tueri.

In lateranensi concilio noscitur fuisse prohibitum ne quilibet ecclesias seu decimas sine consensu episcoporum de manu praesumant recipere laicali. nec excommunicatos vel nominatim interdictos admittant aliquatenus ad divina. Nos autem id fortius inhibentes. transgressores condigna animadversione curabimus punire. statuente nihilominus quatenus in ecclesiis quae ad ipsos pleno iure non pertinent. iuxta eiusdem statuta concilii episcopi instituendos presbyteros representent. ut illis de plebis cura respondeant. ipsi vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. institutos vero remouere. non audeant episcopis inconsultis. Sane adiciamus ut illos representare procurent. quos vel conuersatio reddit notos vel commendat probabile testimonium praelatorum.

Cum ex eo quod quidam sanctorum reliquias exponunt uenales et eas passim ostendunt christiana religioni detractum sit saepius et impofterum praesenti detracto statuimus ut aliquae reliquiae ammmodo extra capsam nullatenus ostendantur. nec exponantur uenales. inuentas autem nemo de nouo publice uenerari praesumat. nisi prius auctoritate romanae pontificis fuerint approbatae. praelati uero de caetero non permittant illos qui ad eorum ecclesiam causa uenerationis accedunt. uanis signis aut falsis decipi documentis. sicut in plerisque locis. occasione conquestus fieri consuevit. Elimosinarum quoque questores quorum quidam se alios mentiendo abusi omnes non nulla in sua praedicatione proponunt admittere. nisi apostolicas. uel dioecesanis litteris episcopi ueras exhibeant. prohibemus et tunc praeter id quod in ipsis continetur litteris nihil populo proponere permittantur. Formam uero quam communiter talibus apostolica sedes indulget duximus exprimendam. ut secundum

cam dioecesi episcopi suas litteras moderentur ea siquidem
talis est. Quoniam ut ait ait Apostolus omnes stabimus
ante tribunal Christi recepturi prout in Corpore gessimus
sive bonum fuerit sive malum. oportet nos die messiorum
extremae misericordiae operibus praeuenire. ac aeternorum
intuitu seminare in terris quod reddente domino cum
multiplicato fructu recolligere debeamus in celis firmam
spem fiduciamque tenentes. quoniam qui parce seminat
parce et metet. et qui seminat in benedictionibus. de bene-
dictionibus et metet uitam aeternam. Cum igitur ad sus-
tentionem fratrum et egenorum ad tale confluentium ho-
spitale propriae non suppetant facultates. uniuersitatem
uestram monemus et exhortamur in domino. atque in
remissione uobis iniungimus peccatorum. quatinus a
Deo uobis de bonis collatio. pias elemosinas et grata eis
caritatis subsidia erogetis ut per subuentionem uestrarum
ipsorum inopiae consulatur. etiam uos per haec et alia
bona quae domino inspirante serueritis ad aeterna pro-
pitio gaudia peruenire. Qui ad querendas elemosinas des-
tantur modesti sint et discreti. nec tabernis aut locis
incongruis hospitentur. nec inutiles aut sumptuosas
faciant expensas. Cauentes omnino ne falsum religio-
nis habitum gesserint. Ad haec quia per indiscretas et
superfluas indulgentias. quas quidam ecclesiarum prae-
lati facere non uerentur. et clauis ecclesiae contemp-
nuntur. et penitentialis satisfactio enervatur. decer-
nimus ut cum dedicatur basilica non extendatur in-
dulgencia ultra annum. sive ab uno solo sive a pluribus
episcopis deducatur. Ac deinde in anniuersario dedicationis
tempore quadraginta dies de iniunctis penitentiis indulta
remissio non excedat. et infra hunc quoque dierum
numerum indulgentiarum litteras praecipimus moderari
quae pro quibusdam casibus aliquotiens conceduntur.

cum romanus pontifex qui plenitudinem optinet potestatis
hoc in talibus moderamen consueverit observare.

Sicut pro certo didicimus in plerisque locis et a plerisque
personis. quasi columbas in templo vendentibus sunt exactio-
nes et extorsiones turpes et pravae. pro consecrationibus epi-
scoporum. benedictionibus abbatum et ordinibus cleri-
corum. estque taxatum quantum sit isti vel illi. quantum
alteri vel alii persolendum et ad cumulum damnationis
maioris quidam turpitudinem et prauitatem huius
nituntur defendere per consuetudinem longotempore
observatam. tantum igitur abolere volentes ab usum
consuetudinem huius quae magis dicenda est corruptela
penitus reprobamus. firmiter statuentes. ut pro his siue
conferendis siue collatis. nemo aliquid quocumque praetextu
exigere ac extorquere praesumat. alioquin qui receperit
et qui dederit huius precium omnino damnatum cum
ieci et simone condemnentur.

Quoniam Simoniacus labeo adeo pluresque monasteria infecit
ut uix aliquas sine precio recipiant in sorore paupertatis
praetextu volentes huius uicium palliare. ne id de cetero
fiat penitus prohibemus de cetero statuentes ut quicumque
talem commisit prauitatem tam recipiens quam recepta.
siue sit subdita siue praelata. sine spe restitutionis de suo
monasterio expellatur. in locum arctius regalae ad
agendum perpetuo penitentiam retrudendo. De his autem
qui ante hoc synodale statutum taliter sunt receptae. ita
duximus providendum. ut remotae de monasterio. quae
perperam sunt ingressae. in aliis eiusdem ordinis colloquen-
tus. Quod si per nimiam multitudinem alibi forte nequi-
uerint commode collocari. ne dampnabiliter in seculo
euagentur. recipiantur in eisdem monasterio dispensatione
de nouo mutatio prioribus locis et inferioribus assignatio.

hoc etiam circa monachos et alios regulares decernimus
observandum. verum ne per simplicitatem vel in igno-
rantiam se valeant excusare. praecipimus ut diocesan
episcopi singulis annis hoc faciant per suas dioceses
publicari.

Audiimus de quibusdam episcopis decedentibus eccle-
siarum rectoribus ipsas interdicto subiciunt nec patiunt
alios in eisdem institui donec ipsis certa summae pecu-
niae persoluantur. praeterea cum miles aut clericus domum
religiosam ingreditur. vel apud religiosos eligit sepulturam
etiam si nihil ~~in~~ loco religioso reliquerit. difficultates
ingerunt et malicias. donec aliquid muneris manus
contingat eorum. Cum igitur non solum a malo sed
etiam ab omni specie mali sit secundum Apostolum
abstinendum. exactiones huius peritus inhibemus
quod si quis transgressor extiterit. exacta duplicata
restituatur. in utilitates locorum in quorum fuerint solliciti
dispendium fideliter convertenda.

Ad apostolicam audientiam frequenti relatione peruenit
quod quidam clerici pro exequiis mortuorum et benedicti-
one nubentium et similibus pecuniam exigunt et extorque-
re et si forte capitati eorum non fuerit satisfactum im-
pedimenta ficticia fraudulenter opponunt. Contra vero
quidam laici laudabilem consuetudinem erga sanctam
ecclesiam pia deuotione fidelium introductam ex fermenti
hereticae prauitatis nituntur infringere sub praetextu cano-
nicae puritatis. Quapropter et prauas exactiones super hijs
fieri prohibemus. et pias consuetudines praecipimus ob-
seruari. statuentes ut libere conferantur ecclesiastica sacra-
menta. sed per episcopum loci ueritate cognita compe-
santur qui maliciose nituntur laudabilem consuetudinem immutare.

Quanto amplius Christiana religio ab exactione compeſcitur. uſu-
rarum tanto grauius ſuper hys iudeorum perfidiam inſole-
ſcit. ita quod breui tempore Chriſtianorum exhauriunt ſa-
cultates. volentes igitur in hac parte proficere Chriſtianis
ne a Iudaeis immonitis aggrauentur. Synodali decreto
ſtatuiſmus ut ſi de cetero quocumque praetextu iudei a Chri-
ſtianis graues et immoderatas uſuras extorſerint. Chriſtia-
norum eis participium ſubtrahatur. donec de immoderato
grauiamine ſatiſſecerint competenter. unde Chriſtiani ſi
opus fuerit per cenſuram eccleſiae apoſtolicae poſt
ab eorundem cominatiois abſtinere. Principibus autem
iniungimus. ut propter hoc non ſint Chriſtiani inſeſti.
ſed potius a tanto grauiamine ſtudeant cohibere iudeos.
hac eadem pena iudeos decernimus compellendos ad
ſatiſſaciendum eccleſiae. pro decimis et oblationibus
debitis. quas a Chriſtianis de domibus et poſſeſſionibus
aliis percipere conſueuerant antequam ad Iudeos quo-
cumque titulo deueniſſent. ut ſic eccleſiae conſeruentur
indempnes.

In nonnullis prouinciis a Chriſtianiſ iudeos. ſeu ſaracenos
habitus diſtinguit diuerſitas. ſed in quibusdam ſic quedam
moleuit diuerſitas conſuſio ut nulla differentia diſcernatur.
unde contingit interdum quod per errorem Chriſtiani iu-
deorum ſeu ſaracenorum et iudei ſeu ſaraceni Chriſtia-
norum mulieribus commiſcentur. Ne igitur tam dam-
pnatae commixtionis exceſſus. per uelamentum erroris
huius excuſationis ulterius poſſint habere diſſugium. ſtatu-
imus ut tales utriuſque ſexus in omni Chriſtianorum prouin-
cia. et omni tempore qualitate habitus publice ab aliis po-
pulis diſtinguantur. Cum et per moysen hoc ipſum eis
legatur iniunctum. In diebus autem lamentorum et domi-
nicae paſſionis. in publicum minime prodeant. eo quod
non nulli ex ipſis. talibus diebus ſicut accepimus et orna-
tius non erubeſcant incedere. ac Chriſtianiſ qui ſanctiſſimae

passionis memoriam exhibentes. lamentationis signa prae-
tendunt. illudere non formidant. Illud autem districtis sine
mhibemus. ne in contumeliam redemptoris aliquatenus
praesilire praesumant. et quoniam illius non debemus dissimu-
lare obprobrium. qui probra nostra deleuit. praecipimus
praesumptores huius per principes seculares condignae
animaduersionis obiectione compesci. ne crucifixum pro
nobis aliquatenus blasphemare praesumant.

Cum sit nimis blasphemum absurdum ut Christi blasphe-
mus in Christianos uim potestatis exerceat. quod super hoc
tollerantium concilium provide statuit. nos propter trans-
gressorum audaciam in hoc generali concilio innouamus
prohibentes. ne iudei officio publico praeficiantur. Quoniam
sub tali praetextu Christianis plurimum sint infesti. Si
quis autem eis tale officium commiserit. per provinciale
concilium quod singulis annis praecipimus celebrari.
monitione praemissa districtione qua conuenit compe-
scatur. Officiali uero huius tam diu Christianorum com-
munio in commercio et alijs denegetur. donec in
usus pauperum christianorum secundum providentiam
diocesani episcopi conuertatur. quicquid fuerit a christianis
adeptus occasione sic suscepti. et officium cum pudore
dimittat quia irreuerenter assumpsit. hoc idem extendimus
ad paganos.

Quidam sicut accepimus qui ad sacram undam baptisma-
tis uoluntarie accesserunt. ueterem hominem omnino
non exuunt. ut nouum perfectius induant. cum prioris
ritus reliquias ~~inductis~~ retinentes christianae religionis
decorem tali commistione confundat. Cum autem male-
dictus sit homo qui terram duabus uicis ingreditur. et in
uestis non debeat lino lanaeque contexta. Statuimus ut talis
per praelatos ecclesiarum ab obseruantia ueteris ritus

omnimodo compescantur. ut quos christiana religioni libere
uoluntatis arbitrium optulit salutiferae coactionis neces-
sitas in eius observatione conseruet. Cum sit melius uiam
domini non agnoscere. quam post cognitam retroire.

Desideris desideravi hoc pascha manducare uobiscum antequam
patiar. Quia uiuere Christo est et mori luctum non abnuo.
si dispositum est a deo bibere calicem passionis. siue pro
defensione catholicae fidei. siue pro subsidio sanctae terre.
siue pro statu ecclesiasticae libertatis. mihi fuerit propinatus.
quodquam desiderem in carne manere. donec consu-
metur opus inceptum. veruntamen non mea uoluntas
sed dei fiat. et ideo dixi uobis. quia desidero
multa sunt et uaria desideria
hominum.

Ad liberandam terram sanctam de manibus impiorum
ardenti desiderio aspirantes. de prudentum uirorum
consilio qui plene nouerunt circumstantias temporum
et locorum sacro approbante consilio diffinimus. ut ita
cruce signati se praepararent quod in Kalendas Iulij sequentis
anni post proximas omnes qui dispoouerunt per mare trans-
ire conueniant in regnum ceciliae. Atque sicut oportuerit et de-
creuerit apud brandusium. et alii apud mesaniam et partes
utrobique iuinas ubi et nos personaliter ^{dominus} deo annuente disposui-
mus. Tunc adeo se. quatinus nostro consilio exercitus christianus
salubriter ordinetur. cum benedictione diuina et apostolica
profecturus. Ad eundem quoque terminum se studeant
praeparare. qui proposuerunt proficisci per terram significa-
turi hoc interim nobis. ut eis ad consilium et auxilium
legatum de nostro latere concedamus idoneum. Sacerdotes
autem et alii clerici qui fuerint in exercitu christiano. tam
subditi quam praelati. orationi et exortationi diligenter

insistant docentes eos uerbo et exemplo. ut timorem et amorem
diuinum semper habeant ante oculos ne quid dicant aut fa-
